



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

multa & varia prodigia istic coruscum, CÆLO & IULIO *Papa Romano Iudice* possidet, ab anno *Incarnationis Dominice M. D. V. cuius* etiam *continuxæ presentie Patrocinio Vrbs*, (CAPITE ex ea nunquam elato) gratanter adscribit sese triginta tribus annorum continuis bellis tot inter obsidiones rerumque vicissitudines feliciter immotam, & à flammis excidiòque immunem stetisse, humili prece rogans, vt *Vrbem suam* porrò *sancta Patrona* incolumem florentemque servare maternè velit. *Mart. Can.*

## XXVII.

ALEXANDER Leodiensium Episcoporū XXXII. ALEXANDRI *Romani Pontificis* iussu unà cum REGINALDO *Coloniensium Archiepiscopo astante* FRIDERICO *Imperatore, Palatinis, alijsque plurimis summæ dignitatis Præsulibus Lipsana S. CAROLI MAGNI* levavit A QVISGRANI, & in feretro argenteo piæ populi venerationi exposuit. *Ita sancti post longas noctis tenebras in terris lucem vident magnam. Ex Annal. Leodiens.*

## XXIX.

S. OLAI, de sanguine RICHEZÆ, *Norwægie & Dania Regis, Regum Regis Præconis & Apostoli*



*postoli Gentium, qui à Germana suo captus, Feriâ etiam sextâ Cruci affixus, tres in ea horas, ad exemplum SOTERIS cum pependisset, horâ diei item nonâ Sanctum Spiritum in manus Conditoris emisit. CORPVS eius illæsum ignem triumphavit: integrumque persistens, multas ac magnas virtutes operatum est. Ex Alberto Crantzio.*

## XXXI.

**I**N *Julie, Clivie, Montium. Soc. IESV Collegijs festum S. Patriarchæ IGNATII Loyolæ, qui nihil præter DEI Domini sui gloriam, & Iuventutis in litteris ac pietate profectum, vel maximè expetebat, omnibus omnia factus, ut CHRISTO lucrifaceret. Quo ardore succensus missus ad prædicandum Indis Evangelium S. FRANCISCO XAVERIO, aliisque in alias mundi plagas, ad Religionem Christianam Catholicam propagandam disseminatis, Ethnicæ superstitioni, hæresique bellum indixit, ingenti Orbis Christiani bono. Quem proinde GREGORIUS Decimus Quintus magnis in Ecclesiam meritis, & miraculis illustrem, Sanctorum Fastis adscripsit: ad quos Româ anno M.D. LVI. feliciter evolavit. Lipsanis suis, per hæc & alia Collegia passim relictis. Ex vita eius.*